



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.20. S. Thomas Herfordiensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

cant, suum. Sed Papa Gregorius abro-  
gata electione illi Ecclesiæ præfecit Ro-  
bertum Kiluarbium Dominicanum, qui,  
antequam sacræ familiæ nomen daret,<sup>Trivet. p.</sup>  
<sup>A.C. 1272.</sup>  
Parisiis artes docens, de Grammatica,  
Logicaque libros composuerat. Post in-  
gressum Ordinis litteras divinas & SS.Pa-  
tres, præcipue Augustinum in archetypis  
studiose legit: hoc est, ut opinor: haud  
contentus erat excerpta ex illis dicta in  
Magistro Sententiarum & in Gratiano  
habere. Undecim annis Magistrum Or-  
dinis Generalem egerat, cum Papa ei  
Archiepiscopatum Cantuariensem detu-  
lit cum copia eligendi, quem vellet, E-  
piscopum ad sui consecrationem. Elegit  
Guilielmum Episcopum Bathensem sancti-  
tatis fama conspicuum, a quo præsentibus  
undecim Suffraganeis suis Cantuariæ ini-  
tiatus est prima jejunii verni Dominica  
13 Martii an. 1272.

## §. XX.

## S. Thomas Herfordiensis.

Dost Regis Henrici obitum Cancellarius *Vita ap.*  
ejus Thomas Chantelupius reliquit *Sur. 2. O-*  
aulam. In Anglia nobili natus genere,  
a puero magnæ pietatis indicia ediderat.  
Litteris humanioribus Oxonii, philoso-  
phiæ Parisiis operam dedit, & Artium  
Magistri gradum obtinuit. Oxonium re-  
versus Doctorem Juris Canonici, & Uni-

**Sæcul. XIII.** versitatis Cancellarium egit, ita, ut vi-  
**A.C. 1272.** ri fama permotus Rex eum tabulario  
 sanctiori præficeret. Morum puritatem,  
 quam semper coluerat, hoc in munere con-  
 servans, summa integritate jus dicebat,  
 nec divitum gratia tactus, nec debilita-  
 tem inopum sprenens. Extincto Rege  
 Oxonii Theologiæ studium tradens suum  
 etiam hujus facultatis Doctor est habi-  
 tus. Interim virtutis in stadio semper  
 procedebat, parcissime vivens, calu-  
 mniarum hostis, corpus animamque fer-  
 vans purissimam. An. 1275. vacantis  
 Ecclesiæ Hersordiensis Episcopus electus  
 8. Sept. eodem anno consecratus fuit.  
 Probitas ejus non damnum ex dignitate,  
 sed incrementum cepit. Verum aliqua  
 Ecclesiæ suæ jura defensum profectus  
 Romam, & a Papa Martino IV. voti  
 compos factus, in reditu prope Montem  
**Mart. Rom.** Flascenis mortem oppetiit. Inter cali-  
 tes postea relatum Ecclesia 2. Oct. co-  
 lit.

## §. XXI.

*Regis Eduardi reditus.*

**R**ex Eduardus e Palæstina redux in Si-  
 cilijam advenit, ubi honorifice acce-  
 ptus a Rege Carolo aliquamdiu subsist-  
 bat vires reficiendi gratia. Posthæc  
 comperto ibidem regii parentis sui obitu  
 iter

**Matth.**  
**West. mon.**  
 p. 402. Tri-  
 vet. p. 630.